



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Magna Gloria Antiquæ & Novissimæ Domus
Schwarzacensis A Magno Sacerdotio Sive Vita & Res
Præclare Gestæ ... DD. Abbatum Celeberrimi &
Antiquissimi Monasterii O. S. B. in Münster-Schwartzach**

Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>

Wirceburgi, 1743

Wolfgangus Zobellus Abbas XLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64362](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64362)

gligentia oriri intelligeret Melchior (simul quod justissimæ Religiosorum contra Abbatem querelæ accederent, quem conflâsse magna debita, & bona multa vendidisse ægrè ferebant) Leonardum loco motum suam in arcem primùm, dein in Monasterium S. Stephani transtulit; ibi biennio commoratus Abbatiam Auracensem ad Salam fluvium obtinuit à Friderico Ep. Wirç. rursus ab hoc officio paulò post amotus in Monasterio S. Jacobi Scotorum extra urbem degere jussus, ibidem fatis defunctus est.

WOLFFGANGUS Zobellus
ABBAS XLVIII.

Wolfgangus Zobellus *Tubaro - Röttingensis* Leonardum secutus est 1556. pridie Joannis Baptistæ, eò præclarioribus ad sustinendam hanc dignitatem dotibus ornatus, quò plures in ejus Antecessore desiderabantur. Corpus quidem infirmum & debile, mentem excelsam nactus erat; cùmque disciplinæ religiosæ ipse studiosissimus esset, ad amplectendam illam gregem subditum nullo pene negotio permovit. Magnam debitorum, quæ Leonardus patrimonii S. Felicitatis in-

oroll

G 2

felix

felix decōtor, conſlārat, partem exolvit, & redemptā à Nobilibus de Wichſenſtein decimā in Kieſenbach, domum pro infirmis loco commo-
 exſtruxit. Præterea intelligens Wolſfgangus Ab-
 batem Langheimenſem Fridericum ægrius laturum eſſe, oppignoratam decimam & cenſus in Eſcherndorff & Oſthem redimi; Bonorum iſtorum uſumfructum Georgio Ludovico à Seinheim conceſſit, ſuā ut operā & auctoritate bona iſta recuperaret. Quod etiam præſtitit; anno Chriſti 1563. ætatis ſuæ quadrageſimo Wolſfgangus paralyſi tactus ex hac vita deceſſit.

JOANNES Burckardi, h. n. IV.
 ABBAS XLIX.

Conceptum ex Wolſgangi morte dolorem brevi abſterſit auſpicatiſſima Joannis Burchardi Weiſſenburgenſis Norici electio; in quo, quidquid in Wolſgangō amiferat, cumulatè Monafterium recepit, Abbatem numeris omnibus abſolutum: Electus an. ætatis 26. feſto S. Joannis Baptiſtæ Abbatis inſignibus condecoratus fuit A. C. 1563. Quoad vixit, Præſulum laudatiſſimorum veſtigiis inſiſtens multa fecit, ex quibus & illi & Monafterio